



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Disputationes De Deo Homine, Sive De Incarnatione Filii Dei

Hurtado de Mendoza, Pedro

Antverpiae, 1634

Sectio VII. Vtrùm dæmon sit capit malorum, item & Antichristus?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82720](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82720)

s. Thom.
9.9.

tio: quia peccator suo peccato infinite resistit, cuius resistentiam vincere non potest pura creatura: quia plus lacescitur Dei volentes peccato mortali, quam allicitur bonis operibus pure creature.

diabolo estis, & desideria eius percipitis. Vbi explicatur ratio principatus demonum.

§. 51. Antichristus non fuit caput omnium malorum, quantum ad ordinem: quia eius peccatum non fuit primum omnium. neque item quantum ad gubernationem: quia solum reget suos synchronos: at verò quantum ad gravitatem flagitiorum, erit omnium hominum malorum caput, id est, omnium flagitiosissimus. quod comparatione etiam demonum opinatur P. Suarez in Commentario: Caiet. ait futuram in illo plenitudinem diabolicæ malitiæ. De quo dicitur Dan. 11. 36. *Et eleuabitur, & magnificabitur aduersus omnem deum.* Hic poterat disputari, vtrum peccatum Antichristi futurum sit grauius peccato Iudæ, nisi tamdiu aberraretur à proposito scopo huius questionis.

S E C T I O VII.

*Vtrum demon sit caput malorum; item
& Antichristus?*

§. 50. **E**st, quantum ad externam gubernationem: quia eos instigat ad malum. Quod patet 12. Apocal. 7. *Draco pugnabat, & angeli eius.* Matth. 9. 34. *In principe demoniorum.* Ioan. 14. 30. *Princeps huius mundi.* Tandem Ioan. 8. 44. *Vos ex patre*

D I S P U T A T I O LIII.

*Vtrum anima Christi cognoscat & amet per actus
increatos formaliter?*

s. Thom. quæst. 9.

S E C T I O I. *Hugonis opinio.*S E C T I O II. *Non posse ex natura rei esse eam vni-**onem.*S E C T I O III. *Nec de potentia absoluta.*S V B S E C T I O I. *Aliquorum rationes.*S V B S E C T I O II. *Due aliorum rationes.*S V B S E C T I O III. *Discrimen similis veri.*S V B S E C T I O IV. *Ratio à priori.*S E C T I O IV. *Ad argumenta.*

§. 1.



Os intelligimus, & amamus per actus increatos Dei in genere causæ efficientis: quia Deus per suum intellectum & voluntatem efficit cognitiones nostras creatas; quibus formaliter intelligimus. At nulla pura creatura intelligit, aut amat formaliter actibus increatis: quia illis non vnitur immediate & physice: est autem difficultas de anima Christi.

S E C T I O I.

Hugonis opinio.

§. 2. **H**ugo Victorinus in opusculo de Scientia animæ Christi censuit eam de facto esse sapientem sine sapientia creata per solam incretam sapientiam. Ioannes de Ripa, & Ioannes de Neapoli adducuntur pro ea sententia à veteribus: non immeritò afferri possunt Apollinaristæ & Monothelitæ, constituentes in anima Christi vnam operationem intellectus, & voluntatis vnam aliam: quam censebant esse diuinam, & non humanam. Hugonis enim fundamentum parum ab illis differt: censet enim omnem sapientiam esse ab æterno: ergo in Christo nulla est sapientia nisi æterna: sed nihil est æternum præter Deum: ergo. Multa congeruntur argumenta pro ea sententia, leuia quidem, & indigna, ob quæ moram faciamus. Nonnulla in progressu recurrent: alia recognosci possunt apud P. Ragusam disp. 82.

§. 3. Existimo non posse cum Catholica fide componi eam sententiam: quia opposita est ab Ecclesia definita in Concilio VI. generali. Quamuis enim eius scopus fuit ostendere in anima Christi actus creatos voluntatis humanæ, quibus Christus

vt homo se semper exercuit: at vt Concilium Patresque probarent eos actus creatos, asseruerunt animam Christi nec exercitam, nec potuisse actibus increatis in genere quasi causæ formalis: itaque factum negauerunt ex negatione potentia. Id constat ex epist. S. Leonis ad Flavianum, quæ est in eodem Concilio act. 17. in confessione fidei: act. autem 4. ad medium hæc asseruntur: *Negue enim poterit angelica natura diuinam habere voluntatem, aut humanam; nec humana natura voluntatem Dei, aut angeli.*

§. 4. Christus autem vt homo dicitur habere eandem voluntatem cum diuina; non quidem eandem formaliter, & subiectiue; sed obiectiue, & per consensum. Quando enim duo idem volunt, dicuntur habere voluntatem vnam: vt fidelibus fuit Ecclesiæ exordium cor vnum, & anima vna: duo strenuè amici dicuntur Hispanè *vna anima; vna alma.* Ex vnione hypostatica sola non posse inferri vnionem ad actus intellectus & voluntatis, satis ostendi disp. 47. Nec satis miror Hugonem non animaduertisse, ex ea opinione inferri Incarnationem totius Trinitatis: quia vnio fieret ad absolutum. Nihil respondeat, quod alij de existentia, substantia, & sanctitate; eam vnionem esse prout in Verbo; non verò in scientia absolute, & secundum se.

S E-